



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 61. Qualiter vacatio beneficii narrata, vel etiam independenter à narratione illius verificanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

Reg. 8. gl. 15. §. 1. num. 65. Pirh. h. i. n. 19. &c. Cujus ratio est, quod illud tacitum invalidet rescriptum, quo expresso Papa non dedisset, vel non ita facile dedisset literas. *c. super literis. c. postulasti. de rescriptis.* Quale quid est tacita possessio colorata, utpote quâ expressâ, Papa potuisset retrahi, vel saltem reddi arduior ad concedendam gratiam: non tamen tacita possessio evidenter injusta & invalida; cum eâ expressâ non tantum non tardius, sed etiam facilius & promptius concederet gratiam, ne notorie intrusus diutius occuparet beneficium. Limitant tamen hoc ipsum Abb. loc. cit. num. 19. Garc. num. 49. Menoch. de arb. l. 2. cas. 201. n. 142. ita, ut taciturnitas possessionis etiam coloratâ non vitiet rescriptum seu concessionem gratiâ, dum conceditur motu proprio. Quin &, ut Lotter. l. c. num. 39. ait, id, quod gratia ex dictâ taciturnitate reddatur subreptitia, non referri ad eam partem gratiâ, quâ Papa providet, seu defectum exsurgentem ex hac taciturnitate non respicere substantiam gratiâ in articulo provisionis; adeoque ipsam provisionem contra hunc defectum sustineri. Sed ad illam partem gratiâ, quâ dantur executores; cum color ille possessionis non attendatur, nisi in ordine ad hunc effectum, ut is mediante citatione possessoris excutiat per executorem, priusquam procedatur ad ipsam executionem, ut Lotter. n. 40. Illud namque movere vel remove poterat Papam ad dandos executores sub una potius forma quàm sub alia, nec aliâ præcisè jubendo videatur velle dejicere justum possessorem de sua possessione; hæc tamen tanti momenti non est, ut remove potuisset à providendo, ut Lotter. num. 41. Atque ita hodieum coloratâ possessionis mentionem omisfam nullius esse considerationis ad causandam nullitatem gratiâ, dum in literis Apostolicis tales apponuntur clausulâ quâ vim expressivam possessionis habent, adeoque defectum dictâ taciturnitatis supplet. Quales v. g. sunt: dummodo non sit alicuius quæsitum. Vel amoto quolibet illicito detentore, ut Lotter. num. 44. & 45. citans Rotam in Colonienf. Canonic. 20. Maji. 1602. Gonz. l. c. n. 67.

Quest. 61. Qualiter vacatio beneficii narrata vel etiam independenter à narratione illius verificanda?

1. **R**esp. primò in genere: Nisi beneficium vacet, ut narratum, gratia nulla est. Lotter. l. 3. quest. 8. num. 42. Quin & narrativa, etsi necessaria non fuisset, debet verificari, Gonz. gl. 32. num. 57. citatis aliis. Non tamen opus verificatione, ubi vacatio vel certus vacandi modus exprimitur non assertivè sed dubitativè per verba *forfan* vel similia. Gonz. l. c. num. 11. Arg. *L. in substantia. ff. de vulg. & pupillar. substit.* Idem est, dum adhibetur dictio *asseritur*, dicendo: vacavit in tali mense, vel per obitum, pro ut asseritur. Gonz. l. c. num. 12. & 13.

2. Resp. secundò: Vacatio tempore data verificari debet *c. eam de rescrip.* Lotter. l. c. n. 41. Paris. de rescrip. l. 8. quest. 7. num. 146. & l. 12. q. 17. n. 26. citans alios.

3. Resp. tertio: Sufficit narrationem vacationis verificare de solo jure, ut vitetur subreptio. Gonz. gl. 15. §. 1. num. 65. Sufficit quoque verificare vacationem de facto eo modo, quo in literis

narratur. *C. de Luc. de benef. d. 75. num. 16.* Sic sufficit impetranti ex resignationis causa, quod modus vacationis expressus fuerit verus de facto, etsi non esset verus de jure; eò quod v. g. provifus per collatorem ordinarium verè resignaverat, etsi jus non habuerit in beneficio resignato. Tondur. 99. benef. p. 3. c. 238. num. 13. & Rota decis. 9. p. 2. divers. num. 10. ubi illa, quod ad verificandam narrativam gratiâ sufficiat probatio facti carentis adminiculo juris. vide me de hoc pluribus. *for. benef. p. 3. q. 13. n. 4.*

4. Resp. quartò: Dum plures modi vacandi æque dispositive quidem ex eadem persona alternativè narrantur, sufficit unum verificari. Lotter. loc. cit. num. 14. Garc. p. 11. c. 1. num. 68. citans plures Rotæ decisiones, in quibus dicitur, quod quando gratia non est restricta ad vacationem narratam, sed narrat etiam aliam vacationem, saltem in genere dicendo: *vel alio modo*: sufficiat verificari unum; cum in alternis sufficiat verificare unum juxta *reg. alternis in 6.* Si tamen plures modi copulativè narrati, omnes debere verificari saltem de facto, tanquam probabilius asserit Garc. l. c. n. 49.

5. Resp. quinto: Vacatio beneficii, etiam independenter à narratione illius verificanda in ordine, ut beneficium impetrari possit; quia non præsumitur. Gonz. gl. 15. §. 2. num. 47. Sufficit autem eam probari per famam; cum non agatur de magno præjudicio, dum is, per cujus. V. g. obitum vacare dicitur, si adhuc vivat, adeoque non vacet beneficium, retineat suum beneficium, & collatio illius sit nulla. Nihilominus tempus vacationis ad effectum reservationis plenè probandum. Gonz. l. c. n. 76. Etsi enim Papa duplò plures menses neapè octo, habeat respectu collatoris ordinarii non habentis alternativam, adeoque verifimilium contigisse vacationem intra octo menses, quàm intra quatuor; non tamen adhuc præsumitur vacatio contigisse in mense Apostolico, adeoque onus probandi reservationem ratione mensis incumbit provifo Apostolico, fundante se in vacatione facta in mense Apostolico. Gonz. gl. 11. à num. 38. Uti etiam idem onus incumbit illi, qui habet indultum providendi beneficia vacantia in mense Apostolico, dum alias provifus ab eo excluditur. Et quidem plenè probandi propter præjudicium, quod creari posset collatori ordinario, vide me loc. cit. quest. 15. num. 2. De cætero an & qualiter verificanda narratio mensis vacationis, vide apud me loc. cit. quest. 14.

Quest. 62. Quo tempore vacare dicatur beneficium?

Resp. Propriè & juxta communem loquendi modum (qui temper attendendus & præferendus verborum proprietati juxta *L. cum de lanionis. ff. de fundo instructo*) tempus vacationis est & dicitur illud momentum, quo beneficiarius cedit vel decedit. V. g. moriendo, contrahendo matrimonium, emittendo professionem, committendo delictum, cui statuta privatio ipso jure; ita ut vacationis tempus sit momentaneum & indivisibile. Et de hoc tempore seu momento loquitur *regula. 8. sex mensium.* Non verò tempus vacationis dicitur seu attenditur, quo vacare pergit beneficium; ne aliâs beneficium